DISSERTATIO
DE
# CIVITATIBUS,


DEO Opt. Max. feliciter juvante,

*Amplissimo JCtorum Ordine comprobante,*

PRÆSIDENTE

*Viro Magnifico, Amplissimo, & Consultissimo*

**Dn. DOMINICO ARUMÆO JC. EXIMIO, ET IN**
Academia Jenensi Antecessore, ejusdemq; Curiæ Provincialis & Scabinatus Adsessore dignissimo, p. t. ProRectore, Fautore & Præceptore suo ætatèm colendo.




*RESPONDENTE*

**GEORGIO GUMPELZHAIMERO LYNZ: AUSTRIO.**



*Publicæ disquisitioni proposita,*

Die Aprilis



*JENÆ*

TYPIS JOHANNIS BEITHMANNI,

ANNO cIↄ Iↄ cXVIII.

# IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, AD omnia Consilia omnesq; actus nostros semper progredimur. *l. 2. in pr. C. de off. praef. praet. Afric.*

E*x Academicâ disputandi licentiâ opinionum pelagus suppullulare, totum penè jus conturbari incertumq; reddi, celeber quidam Germaniae JC. affirmare non erubuit*, JCtos insuper leges in controversiam trahentes sycophantas, eorum autem Jurisprudentiam Juris cavillationem & calumniam exclamare, *apud plurimos Germaniae Proceres & Imperii status non est veritus. Verùm enimverò jure an injuriâ, omnes saniores JCti hactenus observarunt, nosque ipsius opinione non deterriti, Herennium Modestinum, qui* notando & disputando *per usum profecit, ut de eo refert Arcadius Charisius libr. sing. de munerib. civilib.* l. munerum ult. §. mixta. 26. D. de muner. & honorib. *longo intervallo secuti disputationem praesentem de civitate in genere, &*

*ejus speciebus publica disquisitione, & καθ' δύναμιν defendemus.*

## THESIS I.

UNIVERSITATIS vocabulum γενικῶς καὶ εἰδικῶς accipi tradit *Christ. Matth. disp. Pol. 4. th. 35.*

2. Γενικῶς acceptum, universitatem juris communione sociatam omnium familiarum, collegiorum, & corporum ejusdem oppidi multitudinem denotat. *Bodin. lib. 3. cap. 7. num. 327.*

3. Sicq; *Universitas* omne collegium sive corpus, & Professorum, quod dicitur *Academia*, & civium, quod dicitur *civitas*, tanquam membra seu partes integrantes sub se comprehendit, *Christ. Matth. d. loco.*

4. Unde Civitas & Universitas, ut latius & angustius differunt: Rectè enim dico Civitas est Universitas, sed minus rectè: omnis Universitas est Civitas.

5. Εἰδικῶς verò acceptum significat vel sociatam Professorum multitudinem, & tum κατ' ἐξοχὴν denotat *Academiam*, vel civium collectionem & consociationem, & tum *civitatem* designat, de quâ in præsenti disputatione.

6. De civitate igitur dicturi *Etymologiam* ejusdem sive nominis definitionem primo ponamus loco: Eam *à civibus & quasi civium unitatem* dici tradit *Petr. Gregor. Tholos. lib. 1. de Rep. c. 3. sect. 1. Althus. c. 5. Pol. n. 48.*

7. Jam ne propter vocabuli ambiguitatem æquivocationis censuram incurramus, varias ejus significationes videbimus. Intelligitur autem *materialiter & formaliter.*

8. *Materialiter latissimo* sui significatus ambitu universum Reip. corpus comprehendit, unde illi unius & ejusdem civitatis esse creduntur, quibus una & eadem Imperii Majestas per omnes Imperii regniq; provincias dominatur, licet moribus, legibus, institutis, linguis ac infinitâ gentium varietate maximè distinguantur. *Aristot. 3 Pol. 6. n 42. Bod. de Rep. lib. 1. n. 40. & 48.*

9. Coll

9. Colligitur illud ex *JC. Modest. in l. Roma. 33. D. ad municip.* ubi Romam communem nostram Patriam vocat, apertius *ex Ulp. in l. 17. de statu homin.* ubi cives Romanos effectos asserit, qui in orbe Romano sunt.

10. Ita quis non absonè dixerit, *hodiernum Romano-Germanicum Imperium* unius civitatis nomine omnes Imperii provincias & regna, omnes item status & populos, qui Romanam Aquilam agnoscunt, aut etiam agnoscere debent, complecti. *Kirchner. disp. 7. de Rep. th. 1. lit. a. ex Zoanett. de Imp. Rom. n. 250.*

11. *Alius est arctior quidem civitatis sensus*, quo consociatus iisdem legibus cætus est, tametsi per vicos & urbes sejunctis laribus & sedibus degant, ut apparet ex *l. 3. D. ad Municip. l. 4. §. 2. D. de Censib.*

12. Rursus aliam à Jurisconsultis & tritissimo Germaniæ more didici, *quo civitas quandoq; jus civitatis* significat, ut cum dicimus aliquem civitate donare, Einem das Bürgerrecht oder die Bürgerschafft schencken.

13. *Arctissimè* pro collecta multitudine hominum, iisdem legibus & moribus viventium, & urbem muro clausam inhabitantium accipitur. *Cic. in somn. Scip. l. 2. de V. S.*

14. *Formaliter* civitas ordinationem & jus, quo cives utuntur, designat, in quâ magis cum Rep. coincidit. *Kirchner. d. disp. 7. th. 1. lit. a. sub fin.*

15. Methodi jam ordo requirit, ut, quæ nostro priorum acceptionum deserviat instituto, dicamus, facimus autem hoc per *definitionem rei*, quam sic ex *Arist. 3. Pol. 6. num. 42.* (quem secutus est *Arnisæus in Polit. c. 6.*) lubet formare. *Civitas est perfecta domorum ac familiarum societas, iisdem legibus ordinata, ad vitam perfectam & per se sufficientem degendam.*

16. *Genus* diximus *civitatis esse societatem*; Homines enim congregati sine jure symbiotico, sunt turba, cœtus, multitudo, congregatio, populus, gens. *Losæus de Jure univers. p. 1. c. 2. n. 19.*

17. Ulterius diximus societatem *familiarum* non hominum, quia hæc propriè collegiis, tribubus & centuriis tribuitur. Concidit ergò Ciceronis definitio *in somnio Scip.*

cum civitates vocat concilia cætusq; hominum jure sociatos. *Arnisæus d. loco.*

18. Cognito genere, rectè inquiritur in *differentiam specificam*, quæ non nisi ex causis cognoscitur, quæ ut omnib' fermè rebus, ita etiam civitati quatuor assignantur. *Efficiens, Materia, Forma, & Finis.*

19. *Efficiens* consideratur vel *ratione incboamenti*, & tum est à naturâ, quæ connexione familiarum gaudet, vel *ratione complementi*, & tùm ex hominum instituto & placito dependet, qui domorum & familiarum perfectionem intendunt. *Christ. Matth. d. loco. th. 38.*

20. Hodie in Imperio Romano-Germanico civitatis jus solus *Imperator* tribuit & concedit, *arg. l. 1. C. de Metrop. Beryto.*

21. Unde *Jus* quoq; *Saxonicum* non modò Principis, in cujus territorio civitas extruitur, sed & Cæsaris autoritatem requirit *art. 26.* Landrecht. *lib. 1. art. 9.* Weichbild.

22. Habemus item præjudicium. Nam Imper. Fridericus II. Casalensibus civitatis jura indulsit, ut ex Natta refert *Thom. Micha. de jurisd. conclus. 12. lit. c.*

23. Et cum A. C. M. vico quidam propè I. Spiritum, & vitam, ut vocant, concedere vellet; Imper. Maximilianus Anno 1514. die 6. Februar. id fieri mandato inhibitorio prohibuit, cui hæc in specie verba fuerunt inserta: Wann nun dir noch jemand andern nicht geziemet / das der hohen Obrigkeit anhenget / ohn sonderbare Erläubnis auszurichten. So empfehlen wir &c. *Thom. Mich. d. loco.*

24. Non igitur requirimus ad civitatis constitutionem *Episcopum*, *c. 1. de privil. & exceß. prælat.* Injurium enim esset Civitates ad Episcopalem sedem alligare, quod attentat Pelagius II. *in c. scitote. 6. q. 3.*

25. Nec attendimus *consvetudinem Italiæ*, in quâ non habetur locus pro civitate, nisi Episcopum habeat. *Sigon. libro 10. de Regno Ital. sub Heinr. IV.* Civitates enim fuerunt, antequam ullus Episcopus constitueretur. *Losæus p. 1. c. 2. num. 16. de jure Universit.*

26. Id verò tantùm ex *d. c. 1. ut & can. 3. dist. 80.* nec non *c. audi-*

*c. audivimus. 3. q. 2.* elicitur: Civitates illas, quibus olim Episcopi dati fuerunt, cæteris præstantiores fuisse.

27. *Materia* civitatis est multitudo seu congregatio familiarum per se spectata. *Christ. Matth. d. disp. 4. th. 39.*

28. *Forma est ordinatio civium* secundum leges. *supr. th. 14.* Hinc manifesta dignoscitur differentia inter *Rempubl. & civitatem.*

29. *Differunt enim tanquam materia & forma.* Quod ex felicitate Græcæ linguæ facilè deprehenditur, in illa namqꝫ civitas dicitur πόλις, Resp. πολιτεία. Hinc πόλις est concretum, πολιτεία abstractum. Abstractum autem concreti sui forma est. Ergò etiam civitatis forma erit Respubl. *Christ. Matth. dict. thesi.*

30. Rejicitur itaque vulgaris definitio, quam non improbare videtur *Bodin. lib. 1. de Rep. c. 6. n. 48. & 49. quâ multitudo seu conjunctio hominum iisdem legibus vel eidem potestati subjectorum* dicitur: cum non distinguat inter civitatem & Remp. quod fieri debebat.

31. Secundò *differt quoqꝫ civitas ab urbe.* Urbis enim appellatio muris finitur, ut inquit *JC. Paulus in l. 2. de V. S.* Civitatis non item, quippè quæ extra muros subsistere & urbe exire potest. Quamvis & alibi in ll. hæc vocabula confundantur, *in l. præsertim 6. & 8. C. de ædif. priv.*

32. Et ô felicem *Carthaginem*, si eorum legati hanc urbis & civitatis differentiam novissent, non enim urbem totius Africæ pulcherrimam ardere soloque æquari vidissent. *Bodin. lib. 1. de Rep. c. 6. n. 49. ex Appian.*

33. *Finis civitatis duplex est: Primarius* est bonum honestum, i. e. vita honesta & beata; *Secundarius* est bonum utile, ut vita commoda & jucunda.

34. *A fine, principalis inter pagum & civitatem differentia* peti debet, quippe cum in hac ædificiorum vicinorum & aliarum rerum major commoditas, ut & ad honestatem & voluptatem, dignitatem, & divitias commodius vivere possint homines, quàm ruri aut in pagis. Imò & virtutes melius excoli & vitia magis excuti possunt, quàm in pago. Vide *Keckerm. in præcogn. Pol. p. 2. & p. 18. can. 2.*

35. Ex

35. Ex pluribus igitur pagis constituuntur civitates. *Aristot. 1. Polit. 2. in pr. Keckerm. ibid.*

36. De definitione civitatis & ejus causis diximus hactenus, progrediendo itaque *membra ejusdem, jura, & privilegia* considerabimus.

37. Membra civitatis sunt cives. *Civem* autem *definimus, quod sit socius, qui jure civitatis fruitur. Knichen. disp. 7. de Rep. th. 2. lit. c.*

38. Rejicimus cum eodem Bodini & vulgarem definitionem, quæ *Civem liberum hominem, qui summæ potestatis imperio teneatur, esse pronunciat.* Elegans verò definitio, quæ & Judæos & Incolas complectitur, subditumq; potius respectu ad Remp. habito definit, quàm civem.

39. Et quid opus est definire liberum hominem, cum libertas etsi conditio necessaria sit, ad civis tamen essentiam non pertinet.

40. Amplius contra regulas Logicorum assumit genus absolutum definitioni relativi. *Crüger. disp. Pol. 4. th. 18.*

41. Neque tamen placet *Arist. lib. 3 Pol. c. 1.* dum infantes & senes emeritos à civium numero excludit, quid enim immaturitas aut defectus ætatis cum civitate commune habet: Cùm immaturitas non suspendat libertatis aut civitatis jura, quæ nondum editos, nedum natos illicò excipiunt, *l. 7. ff. de stat. hom.* Imò nativitas non ætas civem facit. *l. 1 ff. ad Municip. Kirchn. d. loco.* quod tamen non simpliciter dixerim, uti & illud ab *Aristot. 3. Pol. 1.* redarguitur.

42. Jam civium varietates inquiremus, quas JCti petunt ex varietate modorum obtinendi civitatem. Sic namque *Ulp. in l. 1 ff. ad Municip. Municipem aut nativitas facit, aut manumissio, aut adoptio.*

43. *Nativitas igitur civem facit*, ut ex duobus Campanis parentibus natus. *Campanus est civis & municeps. l. 1. §. 2. ff ad Municip.*

44. Sed si ex patre Campano, matre Puteolana, æquè municeps Campanus est. *d. l.* quia mulier quandiu nupta est, incola ejusdem civitatis videtur, cujus maritus ejus est, ut loquitur Papirius *in l. Impp. 38. §. 3. ff. d. t.*

45. Nisi

45. Nisi fortè privilegio (inquit Ulpian.) aliquo materna origo censeatur, tunc enim maternę originis municeps est. *d. l. 1. §. 2.*

46. Ejusmodi privilegium *Antiochenæ* civitati indultum est, ut patet ex *l. 22. & 61. C. de Decur.*

47. Alius generis sunt ea privilegia, quæ *Iliensibus & Delphis, item Ponticis* concessa sunt, in *d. l. 1. §. 2. ad Municip.*

48. Nec enim id eis datum est, ut editus matre curiali & patre non curiali, curiam maternam sequatur, sed ut editus utroque parente curiali, matris Iliensis, Delphicæ, aut Ponticæ curiam sequatur, & ut qui matre Iliense esset, fieret eorum municeps. *Petr. Poncetus de jure municip. dist. 2.*

49. Quod de maternâ origine dictum est, idem quadrat ad spurium seu vulgò quæsitum; is enim non patris, sed matris conditionem seu originem sequitur, *l. 1. in fin. l. 24. de stat. hom.*

50. Per subsequens matrimonium aut rescriptum Principis legitimatus patris originem & conditionem accipiet, *arg. N. 74.*

51. *Quid si ignoretur origo vel materna vel paterna, quod accidit hodiè infantibus, qui ad Xenodochia exponuntur?* Tutius est dicere, esse ipsos cives civitatis illius, ubi sunt expositi, educati, & nutriti, cum nullam aliam originem habeant, *Petr. Poncet. d. l. dist. 3.* Q.

52. Notare illud hic visum est; Effici quem quibusdam in locis civem civitatis illius ex quâ uxorem duxit, quod autoritate *Vincent. de Fran.* format *Heinr. Bruning. de var. univer. spec. th. 48. lit. a.*

53. Qui ex vico ortus est, eam intelligitur habere patriam, cui Reipublicæ vicus ille respondet, *l. 30. ad Municip.*

54. Prætereà *manumissio cives facit,* quia libertus patroni originem sequitur, *l. 6. in f. l. 22. & 23. D. d. t.*

55. Et si quis à pluribus manumissus sit, omnium patronorum familiam sequitur, *l. 7. d. t.*

56. Filii item libertorum libertarumq; liberti paterni & Patroni manumissionis domicilium aut originem sequuntur. *d. l. 22. & l. 6. §. 3.*

57. In tantum autem jus civitatis *servis* denegatur, ut & hodie homines proprii qui sunt, quamvis à servis multum differant, civitatibus excludantur.

58. Multæ econtra civitates gaudent privilegio, ut si proprii homines per certum tempus in illis vixerint, quæstio status moveri illis non possit, *Bruning. d.l.lit.b. ex Cranz. in metrop. lib. 9. c. 20.*

59. Denique *adoptio civitatis* & municipii jus tribuit, ut si quis adoptetur à patre campano, civis campanus efficitur, *L. 15. §. ult. d. t.* quo tamen jure soluto campanus esse desinit, *L. 16. eod.*

60. Non tamen per adoptionem originis jus mutatur, sed utroque in loco & originis & adoptionis muneribus adstringitur adoptatus, *l. 15. §. ult. D. ad Municip.*

61. Hisce tribus generibus, quæ cives constituunt, addunt Impp. Dioclet. & Maximin. aliud, nempè *adlectionem*. *L. 7. C. de incol.* Sunt enim cives voluntarii, quos facit adlectio vel incolatus, *d. l. 7.*

62. Et hæc adlectio sive receptio fit conventione vel constitutione civitatis contractu habito, inquit ex *Bart. Petr. Poncet. disp. 3.*

63. Non tamen per hanc receptionem jus originis mutatur, quia naturale est, neque ullus propriâ voluntate suâ se eximere potest, *l. 4. C. ad Municip.*

64. Multò minus juri originis per assumptionem falsæ aliquid detrahitur, illa enim veritatem naturæ non perimit, *l. 6. ad Municip.*

65. Hinc pœna confiscationis fundi in curiales civitates rus inhabitantium causâ fugientes, constituta est, *l. un. C. si curialis.*

66. Et eâdem ratione *Elisabetha Angliæ Regina* Lenoxium Comitem cum filio ex regno Scotiæ revocavit, eundemq; cum redire negaret, cum bonis omnibus proscripsit, ut refert *Bodin. lib. 1. c. 6. n. 65.*

67. Aliam civium seriem texit *Althusius cap. 5. Pol.* ubi civem duplicem facit: *Plenè & propriè civem, vel ex parte, quadantenus verò impropriè.*

68. *Plenus*

68. *Plenus civis est, qui plenum in universitate politeuma habet, atq; omnibus commodis, privilegiis, libertatibus & juribus civitatis uti potest, atq; imperio & ll. Universitatis obligatur.*

69. Civis plenus *Atheniensis* dicebatur is, qui publicorum judiciorum, consiliorum, & Magistratuum in civitate gerendorum cum reliquis potestatem parem & æqualem habebat.

70. Plenus itaque civis *Romanus* erat homo liber, qui in civitate Romana domicilium, censum, tribum, atque publicorum gerendorum potestatem habebat, ita ut tria civem Romanum facerent, 1. domicilii largitio. 2. in tribum descriptio. 3. honorum petitio.

71. Sed hæc democraticum Magistratum spectant, nos hic de cive loquimur absolutè considerato.

72. Hodiè verò ex arbitrio, more, lege, vel consuetudine, cujusq; civitatis jus & privilegium civis definiendum est. *Althus. d. l. n. 14.*

73. *Plenus civis iterum est vel originarius vel assumtus.*

74. *Originarius est, qui jure nativitatis suæ civis est*, sive qui avo vel patre cive natus est, qui ideò *necessarius* civis dicitur & *naturalis.*

75. *Assumptus civis est, qui consensu & suffragio Magistratus jus civitatis est consecutus*, cum alibi natus sit, unde & *voluntarius* civis dicitur, quod scil. receptus sit in jus civitatis ob domicilium, quod in ea constituit.

76. *Ex parte seu quodammodò civis est, qui non plenum & integrum* πολίτευμα *habet*, sed uno tantùm vel quibusdam juribus veri & pleni civis in civitate uti potest: quem duplicem constituimus, *Inquilinum & Extraneum.*

77. *Inquilinus est, qui saltem uno aliquo pleni civis jure, non autem omnibus in civitate uti potest*, qualis est *incola*, *l. 20. D. ad Municip.* qui in aliquâ regione domicilium suum contulit, *l. 239. de V. S.*

78. Is enim saltem emit, vendit, contrahit, foro, balneo & spectaculis utitur, festos dies celebrat, inquit Julianus in *l. 27. §. 1. d. t.* Nec tamen hi qui in oppido morantur, *incolæ* sunt, sed etiam qui in alicujus oppidi finibus agrum ha-

bent, ut in eam se, quasi in aliquam sedem recipiant, *d.l.239. §.2. de V.S.*

79. Partialis & pleni civis distinctionem comprobant quorundam locorum formulæ loquendi. In quibusdam enim locis plenum jus civitatis vocatur, das grosse Bürgerrecht / Partiale das kleine Bürgerrecht.

80. *Civis partialis extraneus est vel honorarius, vel confœderatus, vel forensis.*

81. *Civis Honorarius est, cui civitatis jus honoris ergò tributum est*, qui tamen ideò non tenetur ullo imperio civitatis illius, cujus est civis honorarius.

82. Ita *Regi Galliæ Helvetii* jus civitatis suæ dederunt. Sicq; Allobroges, Mediolanenses, Lotharingi, Cameracenses & alii pro civibus habentur in quibusdam, *Renat. Choppin. de dominio Regis lib.1.tit.11.*

83. *Civis confœderatus est, qui jus civitatis ex fœdere in quibusdam est consecut*[9], sic ex mutuo fœdere inter *Genevenses* & *Bernates* obtinet, ut qui ex fœderatis sociis suâ civitate desertâ sociorum civitatem adire velit, ipso momento civis ac subditus fiat sociæ civitatis sine cooptatione & rescripto singulari, uti testatur *Bod. lib.1.c.6.n.69.*

84. Ad hosce refert *Althus. d.l.* illos cives confœderatos, qui salvo jure Majestatis eosdem habent amicos & hostes, vel communia commercia, quive legibus & moribus iisdem utuntur, eosdemq; habent conventus, qui tamen cives omnium non sunt: Ita indubitatum est *Helvetios* confœderatos inter se cives esse, qui tamen non omnia æqualiter communicant, sed distincta jura majestatis usurpant, *Althus. d.l.n.20.*

85. *Forenses* de utroque inquilino videlicet & extraneo participant.

86. *Forensis inquilinus est advena, qui aliunde adveniens habitationem in civitate constituit, discessurus tamen, & foro, nundinis & commerciorum jure uti potest, secundum mores & leges civitatis.*

87. Horum duplex est conditio, *liberior & adstrictior. Liberior* persona est Nobilis, Studiosus, Miles. *Adstrictior*,

Merca-

Mercatores, Opifices, Artifices, & similes, qui commorandi & negotia sua tractandi, domicilii autem constituendi in civitate voluntatem non habent, *Althus. d. loco. n. 18.*

88. *Forensis extraneus est hospes adveniens, jure hospitii utens pro mercede justâ*, quiescendi & reficiendi sui causâ in alienæ Reip. cauponâ, tabernâ, vel hospitio publico vel privato, pro pretio vel ex tesserâ hospitalitatis, verba sunt *Althus. d. l. n. 18.*

89. De hisce omnibus notandum tradit ex Bodino & Tholosano *Althus. d. l.* expedire civitati, nosse quot sint alienigenæ, quot hospites vel incolæ, ad pleraq; præcavenda, quæ aliis nationibus fuerunt infausta.

90. Membra civitatis hucusq; vidimus, nunc *jura ejusdem & privilegia convenit attingere.*

91. Principiò omnibus civitatibus commune est, *ut statuta condere* possint, quamvis olim secus erat. Nulli enim civitati aut genti, quæ Romano suberat Imperio, contra formam juris publici quidquam constituere licuit, cum privatorum loco civitates omnes unâ Româ exceptâ haberentur, *arg. l. 15. de V. S.* Quod si verò juri publico non adversarentur, quamlibet legem de iis rebus, de quibus inter privatos pacisci licet, sibi ferre, magis in vim pacti quàm legis valituram potuerunt, *Petr. Heig. p. 1. q. 23. n. 26. & 27.*

92. *Unus excipitur casus*, quando videlicet ab initio post partam victoriam Imperator aut ex certa causa Senatus victis gentibus ignovit; liberas reliquit, ac suis uti legibus, suosq; creare more patrio Magistratus permisit, quod multis Asiæ civitatibus Syllam Pompejum M. Cæsarem & Augustum indulsisse refert *Heig. d. l. n. 24.*

93. Verùm ubi post divisum Romanorum Imperium Caroli M. auspiciis nova Reip. facies apparuit, jurisdictio, quæ antea in nullius patrimonio, aliis quoque communicari cœpit, ex quâ potestas statuendi fluxit.

94. Hinc plerique ex Interpp. statuunt civitatem violentâ jurisdictione donatam, licet superiori subjecta sit, *leges locales sive statuta* sibi condere posse, *Wes. in ꝑ. D. de LL. n. 3. Gothofr. in l. fin. C. de LL. Mynf. conf. 32. nu. 21.*

 95. Nisi

95. Nisi interesse superioris puta propter mutationem juris publici vel aliud in eo versetur. Unde consultius putatur confirmationem à superiore peti. Idq; usu servari docet *Schneidw. in §. constat. 1. de J. N. G. & Civ. Treutl. vol. 1. disp. 1. th 10. lit. b.*

96. Universitates quoque *Academicas*, cum saltem mixtum imperium habeant, statuta condere, eaq; pœnalibus mandatis munire posse inter omnes constat.

97. *Collegia* verò *opificum*, cum jurisdictione ut plurimum careant, statuta pœnalia non condunt, licet possint de causis ad ipsorum professionem sive artem pertinentibus cognoscere, deq; illis statuta facere, *Geil. 2. obs. 20. nu. 8. & 9. Schrad. in §. jus autem civile, n. 4. Inst. de I. N. G. & Civ.*

Q. 98. Sed *quomodo Civitates statuta condunt?* Certè §. 4. *I. de J. N. G. & Civ.* innuit ea debere congregato populo in publico loco vel curiâ proponente seu rogante Rectore civitatis, an talia statuta fieri velint, *d. §. 4. Inst. d. t.*

99. Licet autem hunc non improbemus modum, possunt tamen per solos Decuriones exemplo Senatusconsultorum fieri §. 5. *Inst. d. t.*

100. Nonnunquam etiam certis quibusdam de civitate Universitas statutorum condendorum potestatem facere solet, uti Romæ Pop. Rom. Decemviris in sanctione XII. tabb.

101. Ad eum modum in multis civitatibus Germaniæ præter Senatores Tribuni: In aliis selectiores de civitate adhiberi solent: Ein Außschuß der Bürgerschafft. *Heinr. Bruning. d. disp. th. 51.*

Q. 102. Rursus quæritur, *An statuta prædicto modo facta sint perpetua, an verò annua?* Hic sub distinctionis fœdere respondemus. *Aut* fiunt à toto populo, & procul dubio erunt perpetua, *arg. l. 9. de J. & J.* aut à Magistratu, & tùm rursus vel annalia vel perpetua erunt. *Annalia*, si ratione officii condantur, exemplo edictorum prætoriorum, *arg. §. 1. I. de perpet. & temp. act. Perpetua*, si autoritate & voce universitatis, ut hæcce ex Alberico ponit *Heinr. Bruning. d. l.*

103. Ejusmodi statutis omnes statuentium territorio

sub-

subjecti obligantur, *arg. l. 9. de J. & J.* adeò ut etiam ipsos statuentes stringat, *Treutl. vol. 1. disp. 1. th. 10. lit. C.*

104. Imò etiam alia civitas subdita dominantis civitatis statutis tenetur, *arg. c. 12. extr. de praescript.* Hinc consequenter dicendum, quod si in civitate subjecta dubius quidam occurrat casus, de quo aliud jus commune, aliud jus particulare civitatis dominantis; non ad Romanum, sed ad statutarium dominantis civitatis recurrendum, nisi subjecta civitas peculiaria habeat statuta, tùm enim illis standum, *Heinr. Bruning. d. disp. th. 52.*

105. De Clericis multum disputatur, *An illi Laicorum statutis teneantur?* Negativam de jure regulari veriorem putamus, quia libertatem Ecclesiæ tollunt, *auth. cassa. C. de SS. Eccles.* in odiosis præsertim, *pr. d. auth.* Favorabile verò Laicorum statutum generale Clericos etiam includit, ut ex Dd. refert *Gail. 2. obs. 32. nu. 2.* Q.

106. Manat ex præcedenti quæstio illa celeberrima *inter Pontificem & Remp. Venetam* magno animorum ac fermè armorum contentione agitata, *utrum valeat statutum de non alienandis per subjectos Laicos bonis in personas Ecclesiasticas sine superioris licentia?* Nos propter diversam à superiori quæstione rationem pro Rep. affirmativam defendemus. Q.

107. Adducimur a. ob sequentes rationes: *Primò*, quia Princeps aut etiam civitas Regalia vel omnimodam jurisdictionem habens, habet potestatem condendi statuta pro bono publico, *arg. c. si Imp. 96. dist.* At bonum publicum reposcit fieri talia statuta. E. Minor probatur, quia per talis alienationis concessionem civitati vel Reip. jurisdictio super bonis immobilibus detrahitur: careret insuper civitas collectarum subsidio, careret subditis, quibus civitatem augeri publicè interest, *l. 4. D. de solut. matrim.*

108. *Secundò*, quia dispositio illa non est censenda contra Ecclesiæ libertatem, quâ persona Ecclesiastica publicâ utilitate exigente aggravatur, *l. 7. C. de SS. Eccl. c. pervenit. ext. de immunit. Eccl.* Talem esse hanc dispositionem ex superioribus liquet. E.

109. *Tertiò*, quia quod quisque juris in alium statuit, æquum

æquum eſt, ut ipſe eodem utatur, *t. t. Quod quiſq; juris in alium.* At Clerici ſtatuerunt, ne ſine maximis ſolennitatibus, nec niſi ſummâ urgente neceſſitate, bona in Laicos & quidem titulo oneroſo transferantur. Idem igitur jus etiam à Laicis debent expectare.

110. *Quartò*, quia ob neceſſitatem & utilitatem publicam Clericis etiam poteſt indici collecta, *d. l. 7. C. de SS. Eccl.* ſi in uno propter publicam utilitatem Clericorum privilegia minuuntur, cur non in omnibus?

111. Eaſdem decidendi rationes habet illa quæſtio: Q. *Utrum Clericus poſſidens res immobiles patrimoniales, poſſit eas extra familiam alienare?* Ad quam negativè cum *Geil. d. loco. nu. 5.* reſpondemus.

112. Sic ſtatutum æquitate plenum eſt, ut *res* ſubjecta ſtatuentium juriſdictioni *maneat tributaria*, etiamſi ad Clericos vel Eccleſiaſticas perſonas pveniat, quia res debet transire cum ſuo onere, *l. 2. & fin. C. ſine cenſu vel reliq.* Et ſi quilibet rei ſuæ legem imponere poteſt, *l. 135. §. 3. D. de V. O. l. fin. C. de pact. inter empt. & vendit.* Multò magis Reip.

113. Loquimur autem de acquirendis Eccleſiæ bonis, non de acquiſitis, quod & ex præjudicio Cameræ colligi poteſt, cujus meminit *Geil. d. loco. n. 8.*

114. Debent autem *ſtatuta civitatum* præſertim inferiorum eſſe *rationabilia*, cum valeant ut lex, anima autem legis ratio, quam etiam ſtatuti Clypeum vocat *Myns. conſ. 1. n. 8.*

115. Ideoq; meritò reprobanda ſtatuta illa, quæ *bona naufragiorũ* ad littus appulſa fiſco vindicant, qualia in *Gallia* vigere memorat *Bodin. 1. de Rep. c. ult.*

116. Cum enim *Legatus Cæſaris coram Heinrico II. Francorum Rege* anno 1556. queſtus eſſet, duas naves ad littus ejectas, & à *Jordane Urſino* captas eſſe, eaſq; reſtitui poſtularet, *Annas Mommorantius* Magiſter Equitum reſpondit, ea, quæ ad littus eſſent ejecta, gentium omnium jure ad Principes, qui littoribus imperarent, pertinere.

117. Simili modo propter pravæ iſtius conſuetudinis diuturnitatem & antiquitatem, *ne Andreas* quidem *Doria* queſtus

stus est de navibus in littus Celticum ejectis, & à Præfecto classis Galliæ direptis. *Bod. d. l. n. 171.*

118. Eandem consuetudinem apud *Anglos & Hispanos* communem esse testatur *Heinr. Bruning. d. disp. th. 53.*

119. Piissimè verò tales consuetudines tanquam crudelitatis & impietatis pleniſſimas omni Germaniâ ejecerunt Imper. Fridericus *per auth. Navigia. C. de furt.* & Carolus V. *per const. crimin. art. 218.*

120. Sic in Camera contra hujusmodi consuetudines ex d. Friderici Imp. const. mandata sine clausulâ decreta sunt, in causa Consulum *civitatis Hamburg. contra Duces Holsatiæ*, *Gail. 1. obs. 18. nu. 6.*

121. Ex irrationabilium statutorum numero sunt omnia *Monopoliorum* redolentia, cujus multiplices sunt fraudes, quarum nonnullæ recensentur & prohibentur *in reformat. Polit. Augustana. 1548. sub tit.* die Monopolia vnnd schädliche Fürkauff belangend. *& tit.* von den Handwercks Söhnen vnd Gesellen.

122. Quale etiam illud *Collegiorum Mechanicorum*, ut quod unus cœpit, alteri perficere non liceat, Was einer aus den Zunfftgenossen angefangen / der ander nicht ausmachen dörffe / quæ etiam disertè reprobantur, *in l. un. C. de Monopol.*

123. Nihil autem interest directè an obliquè Monopolium inducatur. *arg. c. cum quod una 84. de R. J. in 6.*

124. Qua ratione societatis *Anglirorum*, quos vocant *Adventurariorum*, tanquam Monopolicum Collegium publicis Imperii decretis reprobatum est.

125. Licet enim coëmptione Anglicorum pannorum non indistinctè omnibus indicatur, eoq; Adventurarii minus justè monopolii accusari videantur, non permittunt tamen, ut alii nedum Germani in foro pannorum consueto (Blackwelhalla vocant) Pannos emant.

126. In primis verò tanta externis, imò ipsis Anglis, qui de Collegio non sunt, imponuntur vectigalia, ut pari cum Adventurariis pretio pannos suos distrahere nequeant, imò ut gravissima vectigalia quis ferre vellet, evectio tamen

C Panno-

Pannorum (licentiam dicunt) pari cum Adventurariis numero ipsi non conceditur. Quis igitur non videt Monopolium? *Heinr. Bruning. d. disp. th. 54.*

Q. 127. Alia quæstio est, *An civitates possint de non appellando statuta condere?* Negativa arridet. Via enim provocandi nemini intercludi debet. *c. 1. de appell.*

128. Unde quotidiè in Camera appellationes contra ejusmodi statuta recipiuntur, uti *Mynf. 1. obs. 14. & Gail. 1. obs. 135. nu. 12.* testantur.

129. Prædicta enim impediunt pacti de non appellando validitatem. *Ord. Cam. p. 2. tit. 28.* Diversitatis rationem suppeditat *Mynf. d. l.* quod videlicet statutum directò contra jus superioris disponat; Pactum verò directò illud non tangat, sed paciscentes abdicent à se, quod est in illorum facultate.

130. Diversa ratio est statutorum illorum, quibus in multis Imperialibus civitatibus appellationes non admittuntur, nisi certa solennia quædam præcesserint, puta certæ pecuniæ depositio, juramentumq; calumniæ de appellatione non calumniosâ, de quibusdam solemnibus decidunt. *Gail. 1. obs. 24. Mynf. 1. obs. 6.* illa in primâ instantiâ omissâ in Camerâ restaurari.

131. *Dicendum jam aliquid de civitatum privilegiis.* Inter quæ præcipuè effulget *Nundinarum impetratio.* Nundinæ enim civitates impinguant. *Althus. c. 5. Pol. 81.*

132. Non tamen ipso jure civitatibus competunt, sed specialiter à Principe sunt impetrandæ, *l. un. C. de Nund. l. 1. D. eod.*

133. Olim etiam ne in privatis quidem præjudiciis ad arbitrium restituere Nundinas cuiquam permittebatur, sed Principis Senatusque autoritas necessaria erat. A' Principe solitum fuisse impetrari nundinas indicat, *l. 1. D. de nund. & l. un. C. eod.* A' Senatu ostendit Imperator Claudius, qui se ll. subjiciens jus Nundinarum in sua prædia à Coss. petiit, *Sueton. in Claud. 12.*

134. Solet autem Imperator nunquam alicui loco nundinarum privilegium concedere & conferre, nisi vicinis civitatibus

vitatibus aut pagis, quorum præsumtivè interesse posset, auditis. Ita ex *Geil. 2. obs 69 refert Gilhaus. arb. jud. civ. c. 1. n. 16.*

135. Sic *Maximil. I. Comites M.* in pago quodam civitati J. vicino hac inter alias de causa jura civitatum sibi usurpare prohibuit: Weiln dadurch mit der zeit der Stadt E. ihre Handwercks leuth / Gebeutes vnd Narung genßlich entzogen würde. *Heinr. Brunig. d. disp. th. 58.*

136. Id verò Nundinæ pro privilegio potissimum juris habent, quod qui eas visitant, non possint pro debito alibi contracto tempore Nundinarum detineri, *d. l. un. C. d. t.*

137. *Nundinas Hebdomadarias* sive vulgares, die Wochenmärckt / quod attinet, ea sine ullo privilegio sive Principis licentia rectè instituuntur, *Sich. ad rubr. C. de Nund.*

138. Non etiam postremum obtinent locum hodiè quibusdam Imperialibus civitatibus privilegia, *de non appellando ad Cameram* concessa, nisi causa certam summam excedat, *Ord. Cam. p. 2. tit. 28. §.* vnd sonderlich. *vers.* doch sollen ander/ quæ latè perstringit *Ludov. Gilhaus. arb. jud. civ. c. 8. part. 3. nu. 32.*

139. Plura solent civitates sibi impetrare privilegia, quæ studio brevitatis gratiâ omittimus.

140. *Ea civitatis concessa per non usum amittuntur.* Sic namque Nundinæ non utendo per decennium amittuntur. *d. l. 1. d. Nund.* secus est, si facultas utendi privilegio se non offerat, cum enim hîc nulla negligentiæ culpa non utenti imputari potest, privilegium salvum manet, etiamsi eo ultra hominum memoriam vel mille annos non sit usus, *Geil. 2. obs. 60. n. 1.* non valenti enim non currit præscriptio, *arg. l. 1. §. 3. C. de annal. except. Ital. contr. toll. Mynsing. respons. 71. num. 11.*

141. Rectè inde infertur, quod *habentes ex privilegio merum Imperium*, illud præscriptione longissimi temporis non amittant, si casus puniendi facinorosos nullus sese obtulit, quod singulariter pro *Nobilibus Germaniæ*, qui immediatè Imp. recognoscunt, & ab eo merum Imperium in feudum accipiunt, germanicè Das Halsgericht oder Blutbann notandum dicit *Gail. d. loco. nu. 6.*

 142. Neq;

142. Neq; amittitur privilegium, si facultas faciendi conferatur in arbitrium privilegiati, veluti construendi molendini privilegium. *Geil. d. loc. nu. 9.*

143. Quod antea de non usu diximus, id hic *de actu contrario* rectè asseveramus. Privilegium enim consistens in non faciendo civitas per contrarium actum perdit, si longissimo tempore puta quadraginta annorum spacio præscribatur, *arg. c. si de terra. & c. accedentibus de privil.*

144. Contrarium dicemus, si privilegium operetur effectum reiterabilem, respectu diversorum negotiorum, tempore vel rerum; Tunc enim actus iste contrarius tollit privilegium saltem pro illa vice. *Mynſ. resp. 19. n. 56.*

145. Ubi tamen notandum, privilegium civitati datum propter civium contraventionem non amitti, quatenus singulorum non debent nocere universis. *Geil. d. l. n. 14.*

146. Non prætereunda hoc loco quæstio, *An privilegium civitatibus ad benè placitum, donec voluero, vel donec revocavero concessum, morte concedentis extinguatur?* Dicendum puta privilegium, his verbis, donec voluero & ad benè placitum concessum, morte concedentis extingui, *per c. si gratiosè 5. de rescript. in 6.* quem textum in terminis esse nemo inficiabitur: firmat etiam *l. 4. D. locati.* tum enim velle desiit. *Gothofr. ad d. l. 4. in not.*

Q.

147. Verbis verò quoad revocetur concessum non extingui, *per c. si delegatus de off. & potest. jud. deleg. in 6.*

148. Differentiæ ratio optima est, morientis enim voluntas cessat, *d. l. 4. D. locati.* Revocatur verò aliquid dum contrarium ponitur. Per mortem autem non ponitur contrarium, sed saltem voluntas cessat, ut modò dictum. E.

149. Non moror *Geil. d. loco. nu. 16.* qui dicit, usu servari morte concedentis prioris generis privilegia non amitti: nos de jure non de facto loquimur.

150. Allegavimus s. *c. gratiosè de rescript. in 6.* ex quo ulterius notamus: Privilegium ad benè placitum ( Auff Wolgefallen ) Cæsareæ Majestatis concessum morte ipsius non extingui. Magis enim contemplatione dignitatis, quæ nunquam moritur, quàm ratione personæ indultum est,

est, durabit itaque perpetuò, nisi à successore revocetur, *d. c. gratiosè.*

151. *Dicendum de civitatum speciebus.* In Rep. non unam eandemq; civitatū omnium conditionem fuisse ex superioribus liquet, ubi quasdam *subjectas*, quasdam *liberas* diximus.

152. Subjectarum civitatum rursus alias pro ratione videlicet privilegiorum majorum vel minorum, quibus fruebantur, *maximas*, alias *majores*, alias *minores* facit JC. Modestin. *in l. 6. §. 2. D. de excus. tut.*

153. Quæ civitatum divisio primum ab Antonino Pio profecta, prout innuit *d. l. 6.*

154. Juxta modernum autem Imperii statum aliter distinguuntur civitates: Quædam enim sunt *liberæ*, quædam *Municipales.*

155. *Liberæ civitates dicuntur, non quod à Cæsaris vel Imperii, sed Principum jurisdictione exemptæ sint;* Sic Helvetii liberi dicti, die freyen Schweitzer. Item die freye Ritterschafft. *Paurmeist. de jurisd. lib. 2. c. ult. nu. 11.*

156. *Municipales sunt, quæ in totum subsunt territorii Domino.* Dicuntur etiam *provinciales, Mynf. resp. 13. nu. 10.*

157. Liberarum civitatum rursus *aliæ* immediatè Imperatorem recognoscunt, nec præter illum alium ullum. *Aliæ* partim Imper. partim Electores, vel Duces Imperii recognoscunt, quas tamen à principaliori rectius dicimus *Imperiales.* Et hæ posteriores *mixtum civitatum genus & statum* constituunt.

158. De quo maximè controvertitur, sed reperiri illud testis est omni exceptione major *Carolus IV.* Imper. qui *Hamburgum Comitibus* (nunc Ducibus) *Holsatiæ*, salvis, quas ab Imperio habebant, libertatibus, parere jussit; quibus etiam hodiè homagium præstat, ut not. *ex Crantzio & Hotom. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 2. c. 1. n. 21.*

159. Aliud Cameræ præjudicium in causa *civitatis Brunswicensis contra Ducem Brunswic. Heinr. Julium* ponit *Matth. Steph. d. loco*, quod sciens prætereo.

160. Et quid multis, nonne *Recessus Imperii Augustan. 1548. §.* Solchen zu begegnen, hoc vult: Sic enim verba sonant,

nant, Wie die See vnd Anseestädt dem Reich oder andern vnterworffen/ &c.

161. Ex hisce concludimus civitatem recognoscentem aliquem certo intuitu, certisque pactis ac conditionibus manere in reliquis liberam, & teneri tantùm ad expressa. *Stephan. d. l. n. 81.*

162. Observandum ulterius, jura loquentia de subditis nequaquam illos comprehendere, qui duntaxat ex parte & secundum quid subditi sunt, nisi de subditorum favore quæratur. *Steph. d. l. n. 36. & 37.*

163. Judicabitur itaq; de ejusmodi civitatibus in casibus exemptionum, tanquam de Rep. & statibus Imperii; in casibus subjectionis tanquam de civitatibus municipalibus: In dubio verò pro libertate, cum status nobilior trahat ad se ignobiliorem. *Geil. de arrest. Imp. c. 6. n. 5. & 6.*

164. Mixti autem status civitatibus non adscribimus illas, *in quibus Duces & Principes habent singularia jura:* Distincta enim sunt habere quædam jura in aliqua civitate, & eam subditam habere.

165. Sic *Duces Brunswicenses*, *Goslariensia* obtinent insignia, neque tamen minus Goslaria civitas est Imperii: *Sic Marchiones Brandeburgenses Burggraviatum Noribergensem* sibi vendicant: cum tamen Noriberga libera sit Imperii civitas.

166. Ejusmodi jura quædam *Episcopus Spirensis*, *Wormatiensis*, *Augustanus*, *Argentinensis* in civitatibus ejusdem nominis, *Dux* item *Juliacensis & Rex Hispaniæ* in civitate *Aquensi* sibi vendicant, quas tamen civitates esse Imperio immediatè subjectas nemo sanus inficiabitur.

167. Alia civitatum distinctio sequitur, aut enim sunt *pactitiæ*, *aut exemptitiæ*, *aut privilegiariæ.*

168. Ad *statum pactitium* duo requirimus, *primò* ut se submittens respectu illius, cui se submittit, vel in totum vel pro parte liber sit: *Secundò*, ut submissio illa fiat in certis capitibus. In cæteris verò integra servetur libertas. Ejusmodi pactitias civitates in Germania reperiri testis est sufficientissimus. *Geil. 2. obs. 54. nu. 10.*

169. Du-

169. Dubitatur autem, *An talis submissio fieri possit?* Sanè in præjudicium Imperii nullo id modo concedimus, cum Cæsaris & Reip. interfit ordines ac status Imper. integrè servari, *per c.1. de prob. feud. alien per Frid.* Unde si Princeps civitatem eximere vellet, vel illa eximi se pateretur, Fiscalis interesse Imperii prætendens processum contra alterutrū vel utrumq; instituit, *Geil. 1. obs. 21. n. 1.* At si à potentioribus molestetur, Imperatorq; suppetias ei ferre detrectet, cur non licitè submittat, non videmus, *Cluten. in syllog. rer. quotid. th. 27. lit. F.*

170. *Exemptionem* duplicem statuimus: *Originariam & accidentariam. Illam* habent civitates, quæ ab initio concessis ab Imperatoriâ majestate territoriis & dignitatibus, quoad Principes postmodum investitos, exemptione gaudent originariâ. *Hanc* ex præscriptione, contractibus, pactis, aliisque modis acquirunt.

171. *Privilegiaria civitas* est, quæ per privilegia exemptionem adepta est, *Heinr. Bruning. d. disp. th. 15.*

172. Redimus ad *civitates Imperiales.* Eæ in Comitiis in duo subsellia distribuuntur. In die Reinische vnd Schwäbische Banck. Et ex his *quatuor* ad exemplum reliquorum ordinum singulari dignitate ornatæ, q̄ καθ' ἐξοχὴν Imp. civitates dicuntur: ut *Augusta, Aquisgranum, Lubeca, Metis, huic,* cum ab *Hein. II. Galliæ* Rege Imperio sit erepta, *Moguntiū* successisse, auguror, ex *Schonb. lib. 5. Pol. c. 41. & M. Steph. lib. 2. p. 1. c. 4. n. 21.*

173. Subnectemus *jam quasdam conclusiones, quibus libertas & dignitas ipsarum maximè arguitur.*

174. Et *primò quidem civitates Imperiales status Imperii esse, sessionem & votum in Comitiis Imperialibus habere, tàm verum, quàm quod maximè.*

175. Patet id ex *magnis, quas Imperio solvunt, pensitationibus.* Naturæ autem convenit, eum sequi comoda, quem & incommoda sequuntur. Eadem igitur habebunt Imperii commoda, quæ reliqui Principes & Imperii status.

176. Imò *vnus collectarum* Imperio solvendarum statum Imperii arguere apparet ex *recessu Augustano 1548.* ubi inter reliquos probandæ subjectionis Imperialis immediatè: hic ponitur modus. Si doceri posset, eum qui se immediatum

Impe-

Imperii ſubditum negat, atque ita libertatem allegat, poſt hominum memoriam collectas Imperio, ut cæteri ſtatus, contribuiſſe.

177. Præterea, ſi ſolutio cenſus, collectarum, &c. probat dominium & jurisdictionem territorialem, ut infra ponemus, quidni etiam immediatam Imperii ſubjectionem demonſtrent earum civitatum, quæ Imperatori eas ſolvunt.

178. Nonne id etiam *Aurea Caroli IV. Bulla* apertè innuit, dum in pr. ejuſdem dicit ſe conſtituiſſe iſtam Imperii fundamentalem & generalem legem; In gegenwarht aller Geiſtlichen vnd Weltlichen Churf. auch anderer Fürſten/Grafen/Freyherrn/Edlen/vnd Mannigfeltigen der Stadt Botſchaffter. Idem apparet *ex Conſt. Frid. III. de anno 1442.*

179. Accedit, quod civitates *Receſſ. Imperii ſubſcribant*, quod ex illis paſſim manifeſtum. Qui autem ſubſcribit, conſentit, *l. 8. §. 15. D. quib. mod. pign. vel hypothec. ſolv.*

180. Civitates inſuper *jus repræſentandi Aſſeſſores*, quod ſtatutum eſt proprium, habere, nulli, niſi in patria peregrino ignotum eſſe poteſt.

181. *Matriculæ Imperii* etiam ſunt inſertæ; qui autem in matriculam Imperii eſt relatus, etiam Imperii ſtatus habetur, donec exemptio probetur: nam pro matriculâ præſumitur. *l. matriculam 3. C. de agentib. in reb. lib. 12.*

182. Nec immeritò. Sunt enim hæ matriculæ ex antiquis, & cuſtodiuntur in archivo publico Imperii, nimirum ab Archiep. Mogunt. S.R.J. Archicancellario. *Hyer. de monte in tr. fin. reg. c. 62. nu. 3.*

183. Unde etiam *anno 1550. 7. Octobr.* SCtum in Camerâ prodiit, quo Regiſtris Fiſcalis fides adhiberi debeat. Reichsabſchied zu Augſpurg. 1548. §. Wiewol auch in der Ringerungshandlung.

184. Denique *Civitates Imperiales ſeſſionem ac votum in Comitiis Imperii habere* vel inde plus quàm manifeſtè probatur, quod ſub hac verborum formula ad comitia vocentur, Mit vnd neben allen andern Ständen helffen handeln/rahtſchlagen/vnd ſchlieſſen.

185. Civitatibus præterea Imperialibus *jura ſuperioritatis*

in

in suis territoriis intrepidè tribuimus, cum *Vult. lib. 1. F. c. 5. n. 7. Rutg. Ruland. d. Commiss. part. 2. lib. 5. c. 4. n. 41.* Eo enim ipso, quòd inter status Imperii receptæ sunt, hoc ipsis competit. *Thom. Michael de jurisd. th. 44. lit. g. Geil. d. obs. nu. 7.* Nec status Imperii nomen magis inane ac Principis esse debet. *Michael. d. loc.*

186. Et habent civitates *jura territorialia*, die Lands-Obrigkeit / non autem die Landsfürstliche Obrigkeit. Civitates enim habent duntaxat jura realia ratione territoriorum, quæ possident, minus autem jura personalia Principum, non enim in ejusmodi civitatibus est Dux vel Princeps, ein Fürst. Ergò nec jura Principis, Fürstliche Obrigkeit. Prolixius vide *Matth. Steph. lib. 2. de jurisd. c. 2. nu. 64. Joachim. Cluten. in Syllog. rer. quotid. th. 27. lit. C.*

187. Jure superioritatis, quod civitates habere diximus, eædem *Regalia* sibi vendicant, nec solùm ea, quæ in *cap. un. quæ sunt regal.* expressa sunt, sed & si quæ alia sunt, quæ ex usu recepto pro regalibus habentur, uti hodiè sunt jurisdictionalia, merum & mixtum Imperium, *Vult. de Feud. c. 5. n. 7.*

188. Non movet, quod civitates dignitatibus regalibus non gaudent; Ergò nec Regalibus; Nam ut dignitas regalis sine juribus regalibus consistere potest, sic etiam jura regalia sine titulo regali, *Bruning. d. disp. th. 19.*

189. Non incommodè hîc quæritur: *An jurisdictionem suam possint in extraneos Comitia Imperii visitantes exercere, an v. illam D. Mareschallo* zu Papenheim *hæreditario, vigore officii, relinquere?* Quæstio hæc inter Augustam & alias Imperiales ejusdem litis consortes civitates & prædictum Dn. Mareschallum vertitur. Nos decisionem ab augustissimo Cameræ Imperialis tribunali expectandam censemus. *Bruning. dict. loc. thes. 27.* Q.

190. Regalium sibi competentium vi & nomine, item ex pacto cum Imperatore inito *liberum & publicum religionis exercitium* in ditionibus suis civitates instituunt, per *recessum Imperii Anno 1555. §.* Und damit keinen Stand des Reichs.

191. *Quod de liberis Imperii civitatibus dicitur, ad provinciales non est extendendum*, non enim sunt otiosa verba ista,

D des

des Reichs. Expressè insuper declarat decretum *Ferdinandi*, quod paucis diebus ante constitutionem religionis, cujus tenorem refert *Just. Spring. de pace relig. c. 10.*

192. Restrictio etiam quædam in liberis Imperii civitatibus adhibenda est. Eæ enim, quibus ante pacem religionis promiscuè in usu fuit religio, constitutione non comprehenduntur, nec Magistratibus cives, nec civibus Magistratus religionis prætextu molestare licet. Reichsabschied. *de Anno 1555.* §. Nach dem aber in vielen Städten. *vers.* vnnd derselben freye vnd Reichsstädte/ Bürger vnd andere Einwohner geistliches vnd weltliches Standes friedlich bey ein ander wohnen. *Spring. d. l.*

193. Falsissimum autem est, quod publicæ tranquillitatis Imperii hostes, malitiosè non modò, sed & factiosè publicè clamitant: Pacificationis articulos vi Imperatori à Protestantib. esse extorsos, religionisq; securitatem impetratam non nisi ad Tridentini concilii exitum fuisse concessam, revocari propterea quocunque tempore posse.

194. Singulari enim & paternâ affectione erga communem patriam, justis Ordinum precibus commoti Imperatores hanc religionis pacem, in quâ salutem Germaniæ consistere animadvertebant, constituerunt, ne perpetuis dissidiorum fluctibus Respub. prorsus submergeretur, aut propter intestina dissidia vicinis populis barbaris prædæ exponeretur Imperium: Verba sunt elegantissima cujusdam *Westphaliæ JCti in tr. de jur. Primog. th. 27.*

195. Probatur id passim ex Imperii recessibus Reichsabschied. *de anno 1532.* §. Haben wir als Römischer Christlicher Keyser. vnd *anno 1541.* §. vnd dieweil. §. vnd nach dem vnser begierd. *cum seq. & de anno 1544.* §. Als wir aber in der Handlung. *Item sub anno 1548. in declaratione* INTERIM *in pr. & anno 1555.* §. in solcher verzogener. §. setzen demnach §. vnnd darmit solcher Fried/ *vers.* vnd soll solche streitige Religion. Item §. darmit/ *vers.* sondern derselbige.

196. Et quomodo possit illorum TOLERAMUS tolerari, cum id expressè per *d. Constitut. Imper. anno 1555.* §. vnd nach dem/ *vers.* so haben wir diesen Friedenstand/ refutetur & ex-

& excludatur. Ita enim verba sonant: So haben wir diesen Friedenstand / von Geliebtes Friedes wegen / das hochschädliche Mißtrawen im Reich auffzuheben / vnd diese löbliche *Nation* vor endlichem vorstehendem Vntergang zuverhüten / bewilliget / solchen Frieden / in allen obgeschriebenen Artickeln / biß zu Christlicher / freundlicher vnd friedlicher Vergleichung der Religion vnd Glaubenssachen / stet / fest / vnd vnverbrechlich zu halten / vnd demselben trewlich nachzukommen. Wo denn solche Vergleichung durch die Weg des General Concilii, National Versamlung / Colloquien vnd Reichshandlung nicht erfolgen würde / soll als denn nicht destoweniger dieser Friedestand in allen oberzehleten Puncten bey Krefften / biß zu endlicher Vergleichung der Religion / stehen vnnd bleiben / vnnd soll also hiermit obberührter Gestalt / vnd sonsten in alle andere Weg / ein bestendiger / beharrlicher / vnbedingter / für vnnd für ewigwehrender Friede auffgerichtet vnnd geschlossen seyn vnd bleiben. Idem confirmatur *per dict. Constitut. de Anno* 1555. §. Solches wollen wir. *de Anno* 1559. §. Dieweil. §. vnd nach dem / & in omnibus ferè Comitiis.

197. *Mixtas civitates* quod attinet, earum quædam vigore libertatis & jure Regalium publicè religionem exercent, quædam peculiares cum Cæsare super negotio religionis initas transactiones allegant, & ut mixtarum civitatum potestas in cæteris vel amplior vel angustior: Ita etiam in hoc puncto judicandum, *Bruning. d. loc. th. 20.*

198. Civili autem rationi repugnat, vel cives pacificè viventes ad hanc vel illam religionem, vel ad emigrandum cogere. Ad prius *propter d. Constit. Imper. verf.* Es soll auch. Ad posterius propter liberam, quæ emigrationis intuitu datur, voluntatem, uti evincunt verba *d. Constitut.* §. Wo aber vnsern *ibi*: an andere Orte ziehen vnd sich niederthun wollen.

199. Voluntariè autem facere propriè non dicitur is, qui ad faciendum quid compellitur, *l. 7. §. 1. D. quod falsò tut. auct.*

200. Et quod liberi arbitrii est & voluntatis, id non debet esse coactionis aut necessitatis. Ulterius in §. Wo aber

vusere dicitur, quod nemo debeat ignominiâ affici propter confessionem. At in exilium pelli summa est ignominia & morte gravius, cujus Comes est tristis egestas.

201. Et cur Christiani debeant esse deterioris conditionis Judæis, quos pacificè viventes non esse expellendos ex Natta refert *Michael. d. l. th. 9.*

202. Facit denique pro hac sententia, quod *Carolus V. recessu Imperii de Ann. 1530.* §. Item etliche Obrigkeiten haben ihren Unterthanen / illos improbet Magistratus, qui subditos Catholicæ religionis gratiâ in locis sacris esse prohibent.

203. Ex quo §. concludo generaliter, quod quicquid in uno constitutum est, in altero obtineat. Improbatus est in d. §. nostrorum abusus in subditis Catholicæ religionis; E. idem erit statuendum in Pontificiis.

204. Sequitur inde, cùm nostræ religionis homines ad suos Canonicatus non admittunt, nec nostri illos, quamvis prægnantissimis Romæ bullis turgidos, teneantur admittere. *Pontifici enim nulla amplius propter pacem religionis, inter nostros authoritas est vel jurisdictio.*

205. Emigrationi verò connexa est die Nachsteuer/ non enim permittitur illis prius emigrare, nisi illam secundum loci consuetudinem persolverint, *d. §.* wo aber. in recess. Imp. secundum loci consuetudinem dixi, nam si eo in loco aliàs propter emigrationem non solet solvi, nec religionis nomine aliquid exigi poterit.

206. Competunt præterea nomine Regalium civitatibus *Armamenta, c. un. quæ sint. reg.* Eæ sunt fabricæ & publica armamentaria, prout innuit *Nov. 85. c. 1. Bocerus de regal. c. 2. n. 137. & seqq.*

207. *Clavium item & portarum custodia.* Sic clavium traditio in jure Dominii translationem indicat, *l. 74. de contrah. empt.* & in S S. Scriptura clavis nomen pro primatu in alios accipitur. *Esaie 22.*

208. *Mæniorum* item *reparatio & fortalitiorum erectio.* Illud enim de Regalibus est. Imò quædam sunt civitates, quæ ut tutiores sint contra vim hostilem, privilegia de non extruendis in urbe vel vicinis in locis arcibus sibi compararunt.

runt. Allegat hujusmodi *Colonia Agrippina contrà Duces Juliacenses,* quorum scripta in publico & omnium manibus.

209. Quia verò civitatis defensio & mœniorum erectio non sine maximis sumptibus fieri possunt, aliud jure compensatorium, nempe *Regale collectandi* civitatibus concessum est, quod ipsis superioritatis jure competit, *l. un. C. de superind. Casp. Glocke in disp. de contrib. th. 6.* Soli ergò subditi collectis gravari possunt, *arg. l. 6. §. fin. D. de munerib. Glock. d. l. th. 15.*

210. Sed *anne etiam pro refectione murorum, viarum, pontium, fontium, exteriores contribuere teneantur?* Affirmo *per l. 7. & 12. C. de operib. publ.* juncta *l. 30. D. ad Municip.* æquè enim incola est, qui in oppidi alicujus finibus agrum habet, *d. l. 30.*

211. Imò & ipsi Clerici tenentur, *per l. ult. C. de quibus munerib. nem. lic. & c. pervenit. extr. de immunit. Eccles.* ubi Gregorius Papa expressè scribit: Fraternitas tua nullum per nostræ vel Ecclesiæ suæ nomen vel alio modo excusari à murorum vigiliis patiatur, sed omnes ad hoc generaliter compellantur, quatenus cunctis vigilantibus melius valeat civitatis custodia procurari. Nos igitur à majori scil. onere personali ad minus scil. reale argumentamur, facit etiam huc *l. 7. C. de SS. Eccles. Glock. d. disp. th. 34.*

212. Amittunt autem collectandi jus per non usum quadraginta annorum spacio, quod tamen non obtinet, si necessitas & casus collectandi se non obtulerit, *Mynf. cons. 70. n. 3. & 4.* Non item in collectis debitis Imperatori in signum superioritatis, quæ nunquam præscribuntur, *l. 6. C. de præscr. 30. an. Glock. d. disp. th. 44. lit. b.*

213. *Viarum* quoque *publicarum & fluminum*, tàm navigabilium, quàm eorum, ex quib. flumina navigabilia fluunt, tuitio & conservatio civitatibus propter regalia incumbit. *Bruning. d. l. th. 22.* Viæ enim publicæ, ut olim populi Romani, sic hodiè Domini territorii universalis sunt, *l. 3. D. ne quid in loco publ. c. un. quæ sint reg.*

214. Regalibus annumerantur *viæ publicæ*, tùm quod ad Imperatoris protectionem ac jurisdictionem supremumque dominium spectent, tum quod Impp. singulari quadam

 dam

dam religione sartas tectasq; conservent, *d. l. 7. C. de SS. Eccles. Vult. 1. F. 5. n. 7.*

215. Quâ ratione civitates per vias publicas sui territorii euntes redeuntesque conducendi jus introduxerunt, quod vocatur; die glaitliche Obrigkeit auff freyer Keyserlicher Heer- vnd Reichsstrassen zu glaiten.

216. Nisi fortè alius hujus acquisitionem specialiter doceret, qui consequenter delictorum in viis publicis commissorum cognitionem habere consuevit, *Thom. Michaël. d. l. th. 50.*

217. Securas insuper vias & â latronibus purgatas præstare tenetur conductor *l. 3. D. de off. præs.* Unde deprædato resarciet rapinam in suo territorio commissam; *Geil. obs. 64. per tot.* si modò mercator vel quilibet alius per solitam & regiam viam proficiscitur. *Geil. d. obs. num. 11. Mynsing. cent. 5. obs. 70. nu. 4.*

218. Propter fluminum publicorum tuitionem & conservationem solent quoque civitates *portus, ripatica, & vectigalia* exigere.

219. *Portus est vectigal,* quod pro transitu per pontem vel ad portum solvitur. *Vult. 1. F. 5. n. 7.*

220. *Ripatica* sunt vectigalia pro transitu riparum præstanda, *Vult. d. loco.*

221. *Vectigalia* autem, si proprietatem vocabuli spectes, sunt certi reditus, qui debentur ob mercium importationem vel exportationem salvumq; conductum, sed latius hodiè vis vocabuli se extendit, uti docet *Rosenth. de feud. c. 5. concl. 33.*

222. De jure civili vectigalium nomine octava pars præstanda est, *l. 7. C. de vectig. & com.* quod pro consuetudine cujusvis loci accipi debet, *l. 4. §. ult. D. de public. & vect.*

223. Qui verò vectigal debet, tenetur rem apud publicanum confiteri, *arg. l. 6. C. de vectig.* alioquin ob omissam professionem vel solutionem res incidunt in commissum, *l. ult. §. 3. D. d. t.*

224. *An autem civitas vel Princeps urgente necessitate nova vectigalia exigere possit, controvertitur?* Nos negativam, ut juri convenientiorem adstruimus, *per t. t. C. vect. nova institui non posse l. 10. D. d. t.*

225. Solius

215. Solius enim Imperatoris illud est, quin imò is Electorum consensum requirere debet, Reichsabschied *de anno* 1576. §. Weiters seyn wir auch. *& duob.* §§. *seq. Cluten. in syllog. th. 22. lit. a.* Unde mandata etiam absque clausulâ adversus eos, qui nova vectigalia instituunt, in Camerâ decernuntur. Cujus rei multa ponit præjudicia *Cluten. d. l.*

226. Uti reservat sibi Cæsar erectionem vectigalium, ita eorum auctionem. Etenim den Zoll zusteigern gehöret zu Keyserlicher Hoheit vnd Reservat. Reichsabschied zu Regenspurg *Anno* 1576. §. Weiter seynd wir auch glaubhafftig berichtet. *cum* §. *seq. plenius Mynſ. 5. obſ. 29.*

227. Universali territorii juri annectitur *jus cudendi monetam*. Est enim & illud de regalibus, *d. c. un. quæ sint reg.* maximè si moneta sub aquilæ Imperialis insignibus cudatur, illa enim superioritatis, à quâ tale jus fluxit, indicia sunt.

228. Disertè autem *Frider. Imper. in recessu Imp. de Anno* 1559. Von newer Müntzordnung. §. wie aber vorgestelte Sorten / præcipit: Daß nemblich in den Sorten der Müntz von grössern biß auff den einzigen Creutzer dieselbige mit einzuschliessen / auff der ein Seiten der ReichsApffel in des Adlers Brust, vnd in demselben allwegen die Ziffer / wie viel Creutzer dasselbe Stück gelte / gesetzet werden / mit Vmbschrifft auff der andern Seyten des Müntzherrn oder Standes Wappen / mitsampt seiner wöhnlichen Vmbschrifft / wo die zum füglichsten zustellen.

229. Verùm non pauca reperiuntur Principum Germanorum numismata, quæ nullo latere Imperii insignia habent, sed latere uno Principis nomen & imaginem, altero ejusdem insignia.

230. Minuti quoque nummi Pfenning oder Heller / & plerumque cum vel sine initiali unâ atque alterâ literâ nominis Domini monetalis cudi solent, *Bocerus de jure mon. c. 2. n. 63.* Pulchrè in hoc puncto contra *Principes Italiæ, Duces Brabantiæ, Sabaudiæ, Lotharingiæ Jochim. Cluten. dict. loco. thes. 22. lit. K.*

231. Con-

231. Concluditur item civitatibus ejusdem jurisdictionis potestate *bona vacantia* (Erbloſe Güter) occupare, cuicunq; enim conceduntur regalia, eidem & fiscalia competunt, *Bruning. th. 25. lit. b.*

232. Olim nullo ad civitates jure pertinebant, *l. 1. & 4. de bonis vacant.* Sed hodiè mutatâ Reip. formâ, non penes solùm Imperatorem regalia & maxima munera resident, sed Statibus communicata sunt. *Paurm. de jurisd. lib. 1. c. 4. nu. 7. §. de minor.*

233. Transeunt autem bona vacantia ad fiscum cum onere suo, *l. recusare. 6. §. si fisco. D. ad SC. Trebell.* nec distinguendum puto, utrum bona vacent, propter hæredis delictum, an sine ipso, *Bruning. d. l.*

234. *Succedunt* item *spuriis intestato morientibus*, si mater aut frater interim non extent, *l. 4. D. unde cognati.* Consanguinitatis autem vel agnationis jure hæreditas ipsorum ad nullum pertinet. *d. l. 4.*

235. Pari auctoritate ex *damnato coitu progenitorum*, veluti Sacerdotum, Religiosorum, Monachorum, Monialium, Judæorum vel adulterorum liberorum absque hærede morientum *hæreditatem* civitatum fiscus occupat, *l. 1. C. de bon. vacant.* Deferuntur autem hæc bona ad fiscum non hæreditatis, sed superioritatis jure, *Myns. ex gl. cons. 87. n. 3.*

236. Fisco etiam civitates applicare possunt suo *indigno relicta. d. c. un. quæ sunt reg.*

237. Ut & *bona incestum committentium d. cap. un. quæ sunt reg.* Excludetur tamen fiscus, si liberi extent justi, parentes usque ad 2. gradum, item frater, soror, patruus, amita, *Nov. 12.*

238. Item *reorum læsæ Majestatis*, ut & *damnatorum auth. bona damnat. C. de bon. proscript.* Quod tamen non obtinet, si ascendentes, descendentes & ex utroque latere ad tertium gradum hæredes supersint. Uxor & dotem & donationem ante Nuptias salvam habet, *d. auth. bona damn.* At *Carolus V. Imp.* confiscationem bonorum damnatorum & quidem piissimè sustulit. *Rosenthal. d. cap. concl. 59.*

239. Inter sua quoque Regalia civitates *argentarias & me-*

*& metallifodinas* referunt *d. c. un. quæ sint regal.* ideoque decimas jure potest, si in fundo privato invenirentur, exigere. *Mynſ. conſ. 39. n. 11.*

240. Item *Salinas d. c. un. Bod. de Rep. lib. 1. c. 10. n. 170. & piſcationum reditus d. c. un. l. 17. de V. S.*

241. Sicut & *dimidium* in loco Cæsaris aut religioso *reperti* civitates sibi tributum *d. c. un. Bocer. de Regal. fiſci. cap. 3. nu. 176.*

242. Eodem ex fonte *jus Magiſtratuum creandorum* derivatur, *d. c. un. quæ ſunt regal.*

243. *Jus* item *famæ reſtituendi.* Indulsit enim illud Imp. cuilibet Magistratui in seditione rusticorum. Reichs-Abschied zu Speyer *Anno 1526.* §. vnd wiewol.

244. *Indulgendi delicta, remittendiq; pœnas capitales. l. 10. & tit. C. de ſent. paſſ.* quæ licet in supremo Principe loquatur, tamen hodiè idem est in Ducibus & omnibus Imperii Statibus. *Thom. Mich. de juriſd. concl. 47. lit. b.*

245. Nequaquam verò intelligimus à lege divina impositas, de quibus gratiam facere ne ipsi quidem Principes possunt. *Neq; enim inferior ſuperioris legem tollere poteſt.* Lege autem divinâ constitutum est, ut quicunqne sanguinem fuderit, ejus sanguis rursus fundatur, *Gen. 9. v. 6. Exod. 21. v. 12. Levit. 24. v. 17. Deut. 19. v. 11. 12. 13.* E. superioris lex adhuc obtinebit.

246. Unde statuimus *Aſylum* quoq; prorsus denegandum refugis nocentibus. Asylum n. aperiri debet honestatis ratione & humanitatis intuitu iis solum, qui casu aut per imprudentiam in aliquod infortunium ceciderunt, nec recipiendus reus antequam Magistratui rationes exposuerit, *Deuter. c. 4. v. 41. & 19. v. 2. Job. 20. v. 7. N. 35. v. 11.* Nam ut *Ovidius ait. 2. de Ponto:*

*Confugit interdum templi violator ad aram*
*Nec petere offenſi numinis horret opem.*

247. Qui itaque Ecclesias & alia loca sancta ad salutis aram ordinarunt, ex domo Dei & Orationis fecerunt speluncam latronum. Sic enim fatur lex divina; Rapiatur ab

Altari & digno supplicio subjiciatur scelerosus. *Exodi. 21. 14. 1. Reg. 2. v. 19. & 34.* Hoc etiam vult lex humana *Nov. 17. c. 7. Nov. 117 c. 15. arg. l. 2. §. 3. D. ad Sc. Vellej.*

248. Quomodo ergò subsistent Pontifices, qui indifferenter omnibus, paucis exceptis immunitatem concesserunt, & passim Ecclesias aperuerunt maleficis, *c. 6. & fin. de immunit. Eccles. c. verum. c. definivit. 17. q. 4.* Ecclesias etiam non consecratas: *c. 9. de immunit. Eccles.*

249. Sed, *an certa à ll. præfinita pœna capitalis in aliam converti possit à civitatibus*, quæritur? De jure Justinianeo negativè respondemus, *l. aut damnum 8. §. vita adimitur. D. de pœn.* De consuetudine hodiernâ affirmamus: Eam verò rationabilem esse inde elicitur, quod per privilegium talis pœnæ mutatio fieri & liberum mortis arbitrium indulgeri possit, *Gothof. ad d. l. 8. in verb. Divi tamen Fratres. D. de pœnis.*

250. *Salvum* insuper *conductum* delinquentibus concedunt civitates, ut malefactorum prætensam innocentiam suam probent. Geleit zu Außführung berümbter Vnschuld.

251. Tacita etiam moribus quædam obtinuit securitas, ut si nova nupta in Principis aulam solenniter inducatur, malefactores currui inhærentes sine perjurii noxa securitatẽ mereantur. Interdum etiam fieri solet, quando Principi homagium præstatur, vel aliis actibus solennibus.

252. Quod magis de consuetudine jus persequendi facinorosos in alieno territorio quibusdam civitatibus competit. Et quid ni valeret, cum consuetudo æque jurisdictionem ordinariam tribuat quàm lex. *c. cum contingat extr. de foro comper.* item imperium *l. 12. §. 1. D. de jud.*

253. Recessus etiam Imperii de anno 1559. §. vnd wiewol in solcher / *Magistratui contra pacẽ publicam offenso etiam extra territorium offendentis persecutionem permittat. Mynf. 2. obs. 28. Gail. l. de pace publ. c. 16. nu. 26.* Cujus constitutionis æquitas pendet *ex l. 1. C ubi quis de curial. vel cohort.*

254. In consequentiam deniq; jurisdictionis *jus mulctandi* civitatibus competit. Mulctas hic intelligimus non, quæ jurisdictionis tuendæ ergò infliguntur, quã qlibet Municipalis Magistratus habet, *l. 1. in pr. D. si quis jus dic.* Sed quæ pœnæ nomine propter delicta irrogantur, quas regalib. adscribim⁹.

255. De

255. De civitatibus Imperialibus diximus hactenus. Transimus nunc *ad Municipales*, antequam verò illas attingamus, earundem & subjectionis quædam indicia præmittemus.

256. Inter illa principem locum obtinet *Homagium* seu juramentum adsecurationis vel subjectionis, die Erb und Landhuldigung. *c. un. qual. jur. vas. deb.*

257. Præstatur hoc juramentum domino domicilii & consequenter subditum efficit, quia domicilium subjicit habitantes jurisdictioni provinciali, *arg. l. provinciales 190. D. de V. S. Geil de pignorat. c. 15. n. 7. & 2. obs. 35. nu. 2. Glock. dict. disp. thes. 16.*

258. Quod non ausim affirmare de simplici bonorum possessore, neque enim juramentum subjectionis propter bona in alieno territorio sita præstandum est. Ratio in promptu, quia sola bonorum possessio subditum non facit, unde nec juramentum subjectionis, quod est subditorum exigi potest.

259. Ex eo igitur, quod quis civitati scribat, Unsern lieben Getrewen. Item unser Stadt/ subjectio necessariò non arguitur, cum etiam Vasallorum literæ in Grammatophilaciis Principum eo inscribantur modo, quorum tamen distincta ratio. *c. un. 2. F. 5.*

260. Verbum etiam *dominii* secundum subjectam rem est intelligendum, cum variam habeat significationem, & interdum pro preminentiâ, interdum pro directo, interdum pro utili, quandoque etiam pro dominio protectionis accipiatur, *Bruning. d. l. th. 35.*

261. *A subjectionis juramento separandum est fidelitatis, quod est reale personam principaliter vi jurisdictionis non afficiens*, sed tantùm in consequentiam, respectu nimirum bonorum & onerum, quæ pro rebus personis imponuntur.

262. Cujus rei exemplum, multos esse in *Imperio Romano*, qui ratione personæ suæ prorsus liberi, immediateque Imperio subjecti, rerum tamen ratione aliis juramento de- [...] *Mich. d. l. thes. 58.*

Altari & digno supplicio subjiciatur scelerosus. *Exodi. 21. 14. 1. Reg. 2. v. 19. & 34.* Hoc etiam vult lex humana *Nov. 17. c. 7. Nov. 117. c. 15. arg. l. 2. §. 3. D. ad Sc. Vellej.*

248. Quomodo ergò subsistent Pontifices, qui indifferenter omnibus, paucis exceptis immunitatem concesserunt, & passim Ecclesias aperuerunt maleficis, *c. 6. & fin. de immunit. Eccles. c. verum. c. definivit. 17. q. 4.* Ecclesias etiam non consecratas: *c. 9. de immunit. Eccles.*

Q. 249. Sed, *an certa à ll. præfinita pœna capitalis in aliam converti possit à civitatibus*, quæritur? De jure Justinianeo negativè respondemus, *l. aut damnum 8. §. vita adimitur. D. de pœn.* De consuetudine hodiernâ affirmamus: Eam verò rationabilem esse inde elicitur, quod per privilegium talis pœnæ mutatio fieri & liberum mortis arbitrium indulgeri possit, *Gothof. ad d. l. 8. in verb. Divi tamen Fratres. D. de pœnis.*

250. *Salvum* insuper *conductum* delinquentibus concedunt civitates, ut malefactorum prætensam innocentiam suam probent. Gelett zu Außführung berümbter Vnschuld.

251. Tacita etiam moribus quædam obtinuit securitas, ut si nova nupta in Principis aulam solenniter inducatur, malefactores currui inhærentes sine perjurii noxa securitatẽ mereantur. Interdum etiam fieri solet, quando Principi homagium præstatur, vel aliis actibus solennibus.

252. Quod magis de consuetudine jus persequendi facinorosos in alieno territorio quibusdam civitatibus competit. Et quid ni valeret, cum consuetudo æque jurisdictionem ordinariam tribuat quàm lex. *c. cum contingat extr. de foro compet.* item imperium *l. 12. §. 1. D. de jud.*

253. Recessus etiam Imperii de anno 1559. §. vnd solle wolin solcher / *Magistratui contra pacẽ publicam offenso etiam extra territorium offendentis persecutionem permittat. Mynſ. 2. obs. 28. Gail. 1. de pace publ. c. 16. nu. 26.* Cujus constitutionis æquitas pendet *ex l. 1. C. ubi quis de curial. vel cohort.*

254. In consequentiam deniq; jurisdictionis *jus mulctandi* civitatibus competit. Mulctas hic intelligimus non, quæ jurisdictionis tuendæ ergò infligantur, q̃ quibet Municipalis Magistratus habet, *l. 1. in pr. D. si quis jus dic.* Sed quæ pœnæ nomine propter delicta irrogantur, quas regalib. adscribim⁹.

255. De

255. De civitatibus Imperialibus diximus hactenus. Transimus nunc *ad Municipales*, antequam verò illas attingamus, earundem & subjectionis quædam indicia præmittem*.

256. Inter illa principem locum obtinet *Homagium* seu juramentum adsecurationis vel subjectionis, die Erb vnnd Landhuldigung. *c. un. qual. jur. vas. deb.*

257. Præstatur hoc juramentum domino domicilii & consequenter subditum efficit, quia domicilium subjicit habitantes jurisdictioni provinciali, *arg. l. provinciales 190. D. de V. S. Geil. de pignorat. c. 15. n. 7. & 2. obs. 35. nu. 2. Glock. dict. disp. thes. 16.*

258. Quod non ausim affirmare de simplici bonorum possessore, neque enim juramentum subjectionis propter bona in alieno territorio sita præstandum est. Ratio in promptu, quia sola bonorum possessio subditum non facit, unde nec juramentum subjectionis, quod est subditorum exigi potest.

259. Ex eo igitur, quod quis civitati scribat, Vnsern lieben Getrewen. Item vnser Stadt/subjectio necessariò non non arguitur, cum etiam Vasallorum literæ in Grammatophilaciis Principum eo inscribantur modo, quorum tamen distincta ratio. *c. un. 2. F. 5.*

260. Verbum etiam *dominii* secundum subjectam rem est intelligendum, cum variam habeat significationem, & interdum pro preminentiâ, interdum pro directo, interdum pro utili, quandoque etiam pro dominio protectionis accipiatur, *Bruning. d. l. th. 35.*

261. *A subjectionis juramento separandum est fidelitatis, quod est reale personam principaliter vi jurisdictionis non afficiens*, sed tantùm in consequentiam, respectu nimirum bonorum & onerum, quæ pro rebus personis imponuntur.

262. Cujus rei exemplum, multos esse in *Imperio Romano*, qui ratione personæ suæ prorsus liberi, immediateque Imperio subjecti, rerum tamen ratione aliis juramento de-

263. Sufficiat nobis posuisse exemplum Comitum Rheingraviorum, qui respectu feudorum Imperialium sunt Wildæ Rheniq; Comites Imperio immediatè subjecti, respectu verò Comitatus Solmensis sunt Landsassii Lotharingici, Lotharingiæ Ducem superiorem recognoscentes. *Joach. Cluten. in syll. rer. quotid.*

264. Unde etiamsi, ut ante dictum, pro more illis, ut subditis scribatur, unsern lieben Getrewen/ non tamen idem cum ipsis juramentum Domino præstant. Vasalli enim Getrew/ gewärtig/ vnd hold zu seyn: Subditi verò gehorsam/ getrew/ vnd hold zu seyn/ juramento obstringuntur.

265. Ex omissis igitur infidelitatis juramento verbis subjectivis, gehorsam zu seyn/ manifestissimè patet, illud subjectionem non inducere.

266. *Ab adsecurationis juramento separandum est etiam familiaritatis.* Rath vnd Dienstpflicht: *d. c. un. qual. jur. vas.*

267. Subjectionem præterea arguit *Advocati constitutio*, sed non ubique. Vocabulum enim Advocati Vogt vnd Vogtey amphibolon est.

268. *Appellationum interpositione* major subjectio inducitur, illæ enim ad superiorem fiunt, *Geil. de arrest. c. 7. n. 14.* non tamen semper immediata præsertim superioritas arguitur, cum medius interdum judex omitti possit.

269. Ingens etiam subjectionis tessera *collectarum & census*, der Landstewr/ *solutio. c. omnis anima extr. de censib.*

270. Collectarum dixi, non enim omnis pecuniæ solutio subjectionem arguit. Cum ex dissimilibus causis uti proprietatis, protectionis, libertatis acceptæ solvatur. *Thom. Mich. d. loco. th. 53.*

271. Sunt autem aliæ quædam collectæ, quæ *Imperiales*, Reichsstewr vocantur, eæque in duplici differentia; *Vel* enim collecta imponitur omnibus tàm Magistratibus, quàm subditis, hoc est, omnibus omninò Imperii subditis & civibus, nemine excepto, sicut factum mit dem gemeinen Pfenning tempore *Maximiliani I. recess. Imp. de anno 1495.* *Vel* collecta imponitur tantùm statibus Imperii, quæ hodiè obtinet. Hi verò, ne ipsorum ærarium prorsus exhauriatur, autoritate

Consti-

Constitutionum Imper, subditos suos subcollectant. Reichs-abschied. *de anno 1544.* §. vnd dieweil nun. *& passim inseqq. annorum recessibus.*

272. *Differt igitur ab Imperiali Provincialis collecta & autoritate & effectu:* Autoritate, quia Imperialis imponitur subditis consensu & autoritate Imperatoris: *Provincialis*, jure proprio & Regalium *Effectu*, illa non infert die Lands-fürstliche Obrigkeit. Hæc maximè, *Glock. d. disp. th. 9.*

273. Signa quædam subjectionis, quæ potissimum in Municipiis cernitur, exposuimus. Progrediemur jam ad ipsa *Municipia.*

274. *Civitates Municipales*, ut & supra *th. 156.* dictum, sunt, *quæ in totum subsunt territoriorum dominis.*

275. Plenè igitur & propriè civitatem territorialem sibi vindicat Princeps, quippe cum regalia merum mixtumque Imperium, omnimodamq; jurisdictionem in illa exerceat, tantumque in illa possit, quantum Imperator in toto Imperio.

276. De hisce loquitur *l. 26. D. ad Municip.* quod regulariter mero mixtoque Imperio destituantur, cum regulariter & quoad originem soli Provinciarum Præsides jurisdictionem habeant, *t. t. de off. Præs.*

277. Quamvis quasdam Municipales civitates priscis olim florentis Reipub. temporibus mixtum Imperium habuisse affirmet *Matth. Stephan. lib. 1. de jurisd. c. 12. n. 36.*

278. *Jurisdictio sanè simplex illis denegandanon est*, cum etiam illam ipsis tribuat, *d. l. 26. & 29. D. ad Municip.*

279. At hodiè Municipales civitates non solùm jurisdictionem & mixtum Imperium, sed & merum titulo vel emptionis, vel donationis, privilegii, consuetudinis vel præscriptionis sibi vendicant, *arg. c. un. de pace constant.*

280. Non quidem proprio vel Magistratus municipalis jure & principaliter, sed ex accedente re, prout ante di-

quod municipia non habent, neq; n. illud à Principibus suis indulgeri ipsis potest *arg. l. 1. de jurisd. & pr. l. 1. de off. ejus cui mand. est jurisd.*

283. Solius enim Imperatoris est jus territorii tribuere, Regaliaq; Principum ossibus ita inhærent, ut exinde divelli, vel in inferiorem transfundi nequeant. *Matth. Steph. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 24. & seqq.*

284. Et licet privilegia majora quibus Civitates à Principibus ornantur in effectu cum Regalibus inferioribus concurrunt, ut sunt Telonia, excussio monetæ, fodinæ, mineralia, collecta ruralis, non tamen Regalia veniunt appellanda, sed *privilegia* eò quod saltem exercitium majoris usus instar Regalium ipsis concessum est.

285. Proinde si speciem aliquam Regalium Civitates Municipales sibi aliquo legitimo titulo acquisiverunt, illam, *non ut Regale, sed ut privilegium*, non jure magistratus, sed titulo adventitio singulari, puta exempto, donato præscriptione, &c. exercent.

286. *Statuta* verò *administrationem bonorum concernentia*, quilibet Magistratus, jurisdictionem etiam non habens, facere potest *arg. t. t. de administ.. ad civit rer. pertin.* quidni ergò etiam Civitates Municipales, quę omnes hodiè, ut dictum, omnimodo jurisdictione donatæ sunt.

287. Unde *ordinationes & Statuta de rebus, quæ venales in foro proponuntur* condere potest, itemque prohibere alicui usum fori, quando id commodum civium postulat.

288. Ejusmodi sanè Statuta in præjudicium & excussionem vicinorum, qui propter urbem, & in continentibus quidem ædificiis sub eodem Domino, cujus est civitas, habitant, si superior nolit consentire aut repugnet, facere non possunt Civitates prout habet *Modest. Pistor. ill. q. 134. 2. 15.*

289. Cum enim superior in jurisdictione concurrat, *l. 7. § 2. & l. seq. D. de off. procons.* superioris voluntas præferenda est ratione majoritatis *arg. l. 58. d. jud.*

290. Transgressoribus insuper statutorum possunt Civitates Municipales *pænas & mulctas* irrogare *arg. l. fin. D. de decret. ab ord. fac.*

291. Imò

291 Imò earentes jurisdictione possunt *pœnam statutis addere*, si nim. facultas statuendi à superiore est concessa, vel quando populus jurisdictione carens obligavit se ad mutuam illius statuti, cui pœna adjecta est, observantiam, vel denique quando populus ex longâ consuetudine sive præscriptione potestatem apponendi pœnam est consecutus *arg. l. 8. C. de diver. off. & apparit. Ludolph. Schrader. ad tit. Inst. de J. N. G. & Civ. n. 3.*

292 *Collectas* etiam Magistratus Municipalis indicit, exigente id necessitate communi, at non jure Regalium, sed vigore pactorum civium *Borch. de regal. n. 53. & seq.*

293. Quin amplius summæ necessitatis aut sævientis belli tempore cives *ad pecuniam Reip. mutuo dandam* potest cogere *Sich. in l. 1. n. 19. C. de bonis libert.* Quo casu tamen moderatas postulare usuras non prohibentur *Ex Vásq. Matth. Steph. d. tr. lib. 2. p. 2. c. 2. n. 123. Giel. 2. obs. 5. n. 17. & seq.*

294. Coronidis loco ex Matth. *Steph. d. l. n. 144. &* seqq. subnectimus, posse Principem territorialem civitates & fortalitia sua ingredi, cum omni suo comitatu, quocunque tempore, nisi longissima & immemorabilis consuetudo resistat, quæ, cum vim pacti obtineat, servanda est *Matth. Steph. d. loco.*

295. Alia plura de administratione Civitatum muneribus, actibus extrajudicialibus & judicialibus, delictis item, tradit Henr. Brunnig. d. tr. Matth. Steph. & Losæus de Universit. quæ studiò brevitatis intuitu prætermittentes, hic subsistimus.

FINIS.



# AMICE LECTOR!

*Amici (heu olim!) mei non vulgaris* LAZARI HAUERI WILDANENSIS STYRI, *hic partes sustineo, qui paucis ante supremum diem septimanis, has conscripsit theses, publicæ disputationi subjiciendas. Verùm Fato nimiùm propero præventus, quod voluit, non potuit. Qui ultimus fœlicis ingenii fœtus, necum Authore extingueretur, primò omnium, pro amore, quo etiam sanctissimos Cineres prosequor, curare debui, volui! hocq; , ne ignorares, adscribere;*

*At Tu*

*LAZARE* Sancte, etiam post fata agnosce sodalis Officium; & porrò S. T. T. L.

